

## QVI IN DOMINO MORIUNTUR.

non in Domino, refutatus à Prücknero in Vind. Proin sat bene Corn. à Lapide ad h. l. in Domino, i. e. in Domini commemoratione, invocatione, fide amore Dei; ubi & Augustinum, Hieron. Ambros. Anton. de Padua, aliosque innumeros adfert, qui intelligant quoslibet sanctos in Domino, fide, charitate & gratia Domini obdormientes; uti & ex iisdem Pontificiis Viega: Sanctos universos. Cum quibus convenient Primasius, Beda, Richard. de S. Victore. Nec ineptè alii: In Domino mori, esse in manu, in sinu Domini obdormire, quomodo & Stephanus, quo favorem Dei exprimi innuerunt. Vatablus: Cum fide in Jesum Christum & spem vitæ æternae.

§. VI. Ad ζήτησιν, quando mortui in Domino morientes sint beati praedicandi? Respondet vox coelestis: ἀπέρπι, abnunc. Hæc particula quo modo rectè sumatur, construatur & intelligatur, magnus inter Exegetas est dissensus. Alii quoad vocem ipsam απέρπι conjunctim, alii divisim scribunt; ἀπέρπι modo & nunc significat, ergo απέρπι ab nunc, uti οὐδεποτέ, quod obvium Pl. CXIII l. denotat divisum ab nunc; Non nun an/ut rectè Lutherus. Ordinaria hæc est, quæque in plerisque codicibus representatur lectio, quæ omnino legenda est. Beza conjicit, legendum forte esse: α'περγτί, quod valeat sicut ἀπέρπισμα perfectè, prouti & observet Suidas, allegatā Herodoti Pherecratis, & Aristophanu auctoritate. Ad quod cum B. Gerhardo dicendum: Aliud est απέρπι plenè cum accentu in ultimam, & aliud απέρπι, imposterum, tempus ab hoc praesenti designans. Objicit & illi vanæ Bezae conjecturæ Gattakerus, beatitatem sanctorum omnibus numeris non esse consummatam ante resurrectionem, nec esse temerè movendam lectionem receptam, vel minus obvium significatum urgendum. Quoad sensum ipsum in constructione quoque inter Interpretes maximoperè discrepatur. Alii τὸ απέρπι connectunt cum sequenti λέγει. Ita Vulgatus, qui legit: απέρπι γῦν λέγει ναὶ τὸ πνεῦμα, vertitque: A modo jam dicit Spiritus, ut sensus sit: Jam nunc spondeo, &c. Cui assentitur Thomas, Ribera, Nagerus, Codex Complutensis. Grotius, sed omnium ineptissime, hunc facit sensum: Jam nunc pro certo pollicor, ait Dei Spiritus, fore, ut ab laboribus suis quiescant, i. e. non tantum beati erunt in alterâ vitâ, sed

B

& hoc